

## **Legia Catholica**

**Robertii, Johannes**

**Leodii, 1633**

Lector Catholice.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64596](#)

*Lector Catholice.*

Poteram h̄ic adiungere, & Finem imponere huic cōmentatiunculæ. Cui enim dubium ullum superesse potest, de Catholicâ Fide, & Religione, in Leodiensi Ecclesiâ, iam inde ab eius exordio, perpetuò cultâ, & propagatâ; qui omnes, & singulos eius Antistites Catholicos vixisse, & obijisse videat: neque Clerum, aut Populum, ab eorum Fide, & doctrinâ, vel latum vnguem aberrasse? Nihilo tamen minus, visum est, Capita aliquot hoc loco subiungere ex historijs nostris eruta, quæ Catholicorum Romanorum esse constat, & ab Ecclesiæ, Fideiq; Catholicæ, & Romanæ hostibus impugnari. Possunt quidem illa ex Leodiensium Episcopo-

E 4 rum

98 **L E G I A**  
rum rebus gestis , quas obiter  
indicauimus , colligi : sed quia  
hinc inde dispersa sunt ; in gra-  
tiā Catholicorum Leodiensium  
iudicaui , singula distinctè esse  
proponenda , quò magis in prō-  
tu sint . Ea , nouo capro princi-  
pio iam aggredior .

Vnum tamen prius moneo ,  
Antiquiora illa tempora Epis-  
coporum Tungrensiūm , hoc  
loco me fere non repetiturum ;  
sed ea tantum commemoratu-  
rum , quæ magis propriè sunt  
**LEGIAE CATHOLICAE** , ini-  
tio facto à S. LAMBERTO , qui ,  
etsi Leodiensis Episcopus non  
fuit ; Patronus tamen Ecclesiae  
Leodiensis est præcipuus , cum  
cuius Sacro Corpore , Episco-  
patus Tungris Leodium à S.  
HVBERTO , primo Episcopo ,  
Historiâ nostrâ teste , fuit træf-  
latus .